

OBSERVATIONVM 14
IN
PENTATEVCHVM
SPECIMEN PRIMVM

VIR O
PLVRIMVM REVERENDO ATQVE
CLARISSIMO
IOANNI GEORGIO SCHVTZIO

AA. M.
VERBI DIVINI MINISTRO APVD WENDISCHOSSIGENSES
ET KOSLICENSES IN LVSATIA SVPERIORE

PARENTI SEPTVAGENARIO
DIEM NATALEM

III. CAL. MAL.

PIE GRATVLATVS

EDIDIT

THEODORVS IOANNES ABRAHAMVS SCHVTZE
AA. M. ORD. PHILOS. IN ACAD. VITEB. ASSESS. IBIDEMQVE
SCHOLAE SENAT. CONR.

VITEMBERGAE
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS.

Perill.

D. C. Leopoldo.



OBSEERVATIONUM
IN
PENITENTIACHAM
SPECIMEN PRIMUM
A I R O
LITERARUM LEAVENDO ATQUE
CLARISSIMO
JOANNI GEORGIO SCHULTZIO
AD M
AERI DIVINI MINISTRO TIBA MENDISCHOSIGNESES
ET NOSTICENSES IN LASATIA SALTARIO
PARIENTI SEPTEMBERNARIO
DIEM MARTIEM
III CAL MAR
PIS OCTAVIAS
R D C D T
THEODORAS JOANNES URABAHAMVS SCHATTE
AA IN OUR THEODOR IN AGED. ALTER. VERSUS PREDOMINA
SCHOLIA EMMAL CORRI

MUTEMPERI
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DURMI
ACCEPTE A TUTTIS

**OPTIME AC VENERANDE
PATER,**

Misi ad Te hoc qualemque Observacionum experimentum,, quod, et si omnia Tibi in acceptis fero, illud tam
en singulariter et praecipue debebam, qui nuper li-
teras ad me dederas reliquarum Tuarum simillimas, i. e. de li-
terato argomento exponentes, et amorem suavitatemque omni ex
parte spirantes. Quare, cum ipse mibi occasionem praebuisses,
de creatione, a Mose narrata, per literas Tecum colloquendi, ego
vero tum meam de primis Geneseos commatibus sententiam festi-
nanter ad Te scripsisse, et, ut sit, postea viderem, alia omis-
sa, minus recte alia confirmata esse: non distuli, quin opinio-
neum meam iterum perquirerem, pauloque studiofius in chartas
coniicerem. Subiecta sunt praeterea alia, vt in toto priore Mo-
sis capite illustrando periculum facerem, quod in Pentateucho au-
dere destinaram, literis Tuis nondum excitatus. Simul hic,
quem laetus per Dei gratiam viuendo attingis, dies me officii
admonuit, quod Tibi haud iniutus praestarem. Septuaginta
enim annos feliciter expluisti, eorundemque bonam partem ita
transgisti, vt, quoad per cetera negotia liceret, vnis illos meis
commo-

commodis dicares. Pro qua eximia cura, pro quibus meritis,
amore, beneficiis, et omnem paternum affectum longe multumque
superante beniuolentia bac potissimum die gratias Tibi summas
et perpetuas persoluendas putaui. Vere enim gloriari possum,
qui plus, quam ego, parenti deberet, usque ad hoc tempus me re-
periisse neminem. Praesertim nunquam ex animo meo efflueret re-
cordatio, et Te cum Matre dulcissima semper fere benignitate
vota mea praeoccupasse, (nam modeste quem rogare docuisti,
quod docuisti, facere praे amore vix permisisti,) et a prima ae-
tatula non modo bonis et peritis viris me formandum limandum
que traxidisse, sed domestico etiam exemplo virtuti, et, qui de-
testabilis est sine virtute, literarum amori adsuefuisse. Faxit
igitur Deus, ut, quam bonis filiis felicitatem in terris pollicitus
est, Optimis, quos ego veneror, Parentibus largiter cumulateque
tribuat. Sic, quam sentis, Venerande Pater, senectutis mole-
stiam, Iouae auxilio nixus, ferre diutius poteris, meaque cau-
sa, nihil dubito, aequo feres animo. Ceterum valere Te iubeat
Deus O. M., ego quæso Te, me amare pergas. Scribebam Vite-
bergae d. XXIX. Apr. MDCCCLXXII.

THEODORVS IOANNES ABRAHAMVS
SCHVYZE.

et erga illa hec meliorib[us] sententia. Quod si V[er]o obitumq[ue] ante effusum manu[m] eius
et imp[er]io, et nomen eius in memoriis suis et aliis scriptis et inscriptis honorabili
memoria permaneatur, illud non est admodum difficultate.

Quam superiori anno, et ipsius rei natura ductus, et viro-
rum summorum auctoritate motus, de laboriosa Gramma-
ticorum Hebraicorum et nimium morosa industria, sen-
tentiam perquisiti, eam vel ab aliis propositam, vel a me defen-
sam nonnullos, recordor, tantopere offendisse, ut per iram verum
videre prohiberentur. Enim uero, re accuratius considerata, et con-
suetudine quorundam ad rationem reuocata, quod dixerunt contra,
nihil esse, intelligitur. Primum enim mortuarum, quas vocamus,
linguarum studium aliter si putant institui debere, atque viuarum et
in usu adhuc versantium: prae iracundia non vident, exemplo La-
tinorum literarum eam opinionem satis superque debilitari: quando-
quidem hanc linguam, et si mortuam, optime tamen ei facilissime disci-
fine Grammaticorum ambagibus, inter omnes constat. Vnius, qui mihi
quidem instar omnium est, GESNERI Cellario praefati, ne longus
sim, proferam suffragium. Es haben viele gelehrte Leute ihre natürliche
und durch die Studien geschärzte Geschicklichkeit in allerhand tiefen Unter-
suchungen kleiner Sachen angewendet, künstliche und gelehrte Grammatiken zu
verfertigen, welche als subtile Kunststücke zu seiner Zeit der Betrachtung und
genauen Einsicht der Liebhaber würdig, aber zur ersten Grundlegung eben
so ungeschickt sind, als die subtileste und vortrefflichst gefasste Lancette zum
Brod schneiden. Quod si Latinorum Grammaticorum diligentiam,
quamvis bonam et laudabilem, non tironibus commendari, sed vi-
ris doctis relinquvi videmus: quid est, quod Hebraicas literas alia ra-
tione docendas demonstret? Neque vero sic merita cuiusquam, ex
arte Grammatica nomen famamque adepti, iniuria afficiuntur: quod
alterum erat, eis, qui diuersae sunt partis, inuidiose crimini datum.
Haec siue suspicio, siue obtrectatio ab ipso DANZIO infringitur et
refutatur. Quod enim pauci sciunt, atque adeo multi ne suspcion-
tur quidem, Ienensem Grammaticum nequaquam ab nostra senten-



tia alienum fuisse, eius praefatio, Viam Compendiosam ad linguae Hebraeae Analysis facilius instituendam laudans, neminem, qui legit eam, docere non potest. *Hanc*, inquit, *a multis retro annis sententiam* foueo, *quae non docturis alios, spinosam illam permundandorum punctorum doctrinam, vix longo tempore satis extricabilem, nequaquam imponit.* Sed nuda Verborum perfectorum Nominumque formatione cognita, acquisit, post accuratam Coniugationum Thematumque a se inuicem discretionem, in plena ac perfecta Syntaxeos evolutione. — Et hac via primum ducendos existimo omnes, quantumvis iuvenes, aut prorsus adolescentes. — Experientia magistra didici, intra semestre spatium haec ratione longe altius prouehi tirones, quam facta a punctis initio intra biennium. Ergone iniuriosi videmur, qui, quod ipsi parui periti faciunt Grammatici, pluris aestimandum negauimus? An male punctuationem contraximus, qui idem, quod punctorum et analyseos amantissimus, compendium demonstrauimus? Sed nolo diutius huic liteculae operam dare, vt, quia hoc praefstat, peritis harum rerum arbitris facto id, quod in dubium nunquam vocarunt, ostendam, posse Hebraice doctorum operam multo melius collocari, quam in rimandis et iterum iterumque inculcandis Grammaticorum subtilitatibus.

Nam, quod legentibus et explicantibus profanorum auctorum libros haud raro vsu venit, vt, quae primum facillima ad intelligendum existimarent, longe aliter se habere, postea perspiciant, idem mihi diuinis tabulas aperienti accidisse, adeo non dissimulo, vt in primis ultimi, quem diuina nobis seruauit protidentia, Historici verbis me haesisse, ingenue fatear. Non enim putandum est (quod docti experiundo diu didicerunt esse vanum) quaelibet inde a prima pueritia, qua sonum, cognita, maturo et subacto iudicio, qua sensum, item nota videri. Vnde factum etiam est, vt Mosis verba: *principio Deus coelum et terram creauit*, perlegentes, an recte interpretaremur, dubitatio nos incesserit: et, consultis interpretibus, statim perspicuum hunc locum difficultimum fieri iudicaremus. Sex enim doctorum virorum explicationes inuenimus, quarum quae reliquis omnibus melior, probabilior, aut certior esset, non potuimus tam celeriter statuere,

tuere, quam septimam certa et indubitate ratione reiicere. Quis enim ferat, Cappellum, sola coniectura ductum, ipsius textus verba mutilare, et שְׁמֵן iningeniose quidem, sed nimis audacter mutare? Sed ceterae, quo se, duntaxat ad tempus, tuerentur, habere omnes ac singulae videbantur.

Prima, quam pono non temporis ordine, sed memoriae lege, siue ab Rabbiniis, siue a Grotio accepta, polita et adornata est a Clerico. Ille enim cum verba: בַּרְאָשִׁית בָּרוּךְ אֱלֹהִים explicasset: priusquam Deus crearet, siue formaret, neque aut illustrationis, aut probationis causa quicquam subiecisset, sed, quomodo haec verba crearet siue formaret intelligeret, et quo particulam priusquam referret, dubium ac suspensum lectorum reliquisset: nutantem et vacillantem hanc expositionem alter ornare et persuadere sic conatus est. *Aiunt non nulli, Mosem nos docere, antequam Deus coelum et terram, prout nunc sunt, digereret atque ornaret, terram suisse incolis vacuam: perinde ac si legamus.* בַּרְאָשִׁית בָּרוּךְ אֱלֹהִים antequam creare, non בְּרִיאָה creavit. Quo patitur idem effet, ac טְרִם, quod tamen futuro solet coniungi: ex qua consuetudine legendum effet Vid. Ex. I, 19. Attamen טְרִם praeterito etiam interdum præponitur, ut Gen. XXIV, 15. Vnde conſtruitionem hanc a linguae Hebraicae ingenio non prorsus abhorere sequitur. Sed haec recitasse, est confutasse. Quomodo enim ex eo, quod טְרִם interdum additur praeterito, non modo eidem tempori convenire, sed eandem quoque vim nancisci colligatur, parum docuit. Vnde vero liquer, בַּרְאָשִׁית et טְרִם eiusdem esse significationis? Quare Grotii rationi non sine causa restitit CALOVIVS in Bibliis Illustratis. Quoniam vero non tam linguae genium in refellendo aduersario spectauit, quam haereticis et fanaticis hominibus aptam, et aliis ipsius Grotii dictis contrariam illam versionem pronuntiauit: hanc, tamquam Hebraicae consuetudini contrariam, reiicientes, actum nos agere, haud existimauimus.

Sequitur altera, probatissimis doctissimisque viris probata, sententia, quae Mosem de creatione ex nihilo agere censet, minus arridens Clerico et Michaeli, quorum prior reconditus hoc dogma putat,



ac vocum Hebraicarum significationem loci sensum quaerentes eo necessario deducere negat; posterior ea de re sic fatur. Von der Frage, ob die Welt vor sechs tausend Jahren aus Nichts geschaffen, oder ob schon vorhin eine Welt gewesen sey, aus deren Trümmern Gott die jetzige wieder hervor gehen ließ? ob sich, wie unser deutscher Dichter saget, jetzt die tausendste der Sonnen wälzt, oder die erste? davon hat er wieder nichts, und lässt jedem die Freyheit, hierüber zu denken und zu philosophiren, was er will. Denn das Wort, schaffen, bedeutet nicht gerade eine Hervorbringung aus Nichts, und der Ausdruck, im Anfang, ist auch noch unbestimmt, und kann sowohl den Anfang der jetzigen Welt, als den Anfang aller jemals gewesenen Dinge anzeigen. (Vid. Anmerkungen zum ersten Buch Mose p. 3.) Contra hos duumuiros, doctrina praestantissimos, minus forte sufficit, negare, fas esse nobis a nativo vocum significatu discedere. Dubitauit enim iam Clericus, an nativus vocabuli בָּרָא significatus sit, producere ex nihilo, quando non necessario eo deducere hoc verbum negavit, et in hanc sententiam plura deinde protulit, quae, ne leuem dubitationem mouisse censeatur, subscribemus, quo curatus ea expendenda et eleuanda esse appareat. *Alii generationem, inquit, e nihilo, nulla praeiacente materia, proprie voce בָּרָא signari volunt, alii negant, et quamlibet procreationem, sive etiam actionem, qua aliquid inusitato modo aut sit, aut destruitur, eam sonare contendunt.* Sane in hoc ipso Capite usurpatur, ubi de creatione e nihilo sermo non est, commatibus 21 et 27, in quibus confunditur cum שְׁמָה. Num. XVI. ubi Moses Coracho, Dathani et Abiramo mortem noui generis minatur, dicitur Deus creationem creaturus v. 30. Vide et Ierem. XXXI. 22. At, qui in priore sunt sententia posterioribus hisce locis vocem metaphorice sumi distinxerint, quo fundamento nixi, nescio. Verum quidem illi tueruntur dogma, cum materiam mundi e nihilo creatam aiunt; sed non ideo id hoc in loco doceri, aut ex nativa significatione verbi בָּרָא posse deduci sequitur. Si licet, post doctissimos viros, coniecturam circa vocis huius significatum proferre, crediderim veteres Hebreos, dum uterentur vocabulo hocce, non cogitasse de creatione e nihilo, neque etiam eam potestatem verbo בָּרָא subiecisse, qua produxit e nihilo animo loquentium excluderetur; sed idem cogitasse, quod animo Latine aut

Grae-

Graece loquentium obuersatur, ubi vtuntur vocibus οὐρανὸν et condere. Haec
 verba modo formationem rei, quaecunque tandem illa sit, modo, ubi de re-
 gione aut urbe agitur, coloniae deductionem aut quiddam simile denotant.
 — Hic ne ultra oleas vagemur, Hebraicae vocis eo significatu summae exem-
 pla proferemus. — Ezekiel XXVIII, 13. — ibid. v. 15. — Ios.
 XVII, 15, 18. — Hoc forte sensu vox בָּרָא exponenda, primo Gene-
 seos commate, ut velit Moses, priusquam a Deo parata esset colonis exci-
 piendis, iisque instruenda, terram vacuan ac desertam fuisse. Hoc ergo in lo-
 co formationem, et colonorum, ut ita dicam, deductionem significaret Hebrai-
 ca vox ; commatibus vero 21 et 27 formationem tantum, nisi et quis in
 his Mosem significare in animo habuisse mare pisces, terram hominibus
 quasi colonis a Deo, impleta velit. Sane Ps. CII, 19 et CIV, 30 populus
 creatus et animalia, quae creantur, sunt populus, quo denuo Palaestina in-
 colitur, animaliaque quibus, noua procreata sobole, terra impletur, ut ad ea
 loca ostendamus. (Vid. Commentarius in Genesin.) Ad haec refel-
 lenda nemo nostra, puto, aetate repetet illa, quae de nativo vocabuli
 בָּרָא significatu olim scripta sunt. Nam tam certum est, quam quod
 certissimum, aliam esse proprietatem Dogmaticam, atque Hebraicam,
 ex eaque hanc non posse demonstrari. Quare argumentis opus est,
 ex linguae vsu, non a glossariis, aut vulgaribus versionibus petitis.
 Ut igitur, quid nobis placeat, ostendamus, ante omnia profitemur,
 vehementer nobis displicere, Clericum iterum confugisse ad malam
 illam versionem vocabuli בָּרָא, quasi necessario esset priusquam.
 Deinde e mala versione pessimam deducit consecutionem. Finge
 enim esse priusquam : tamen ideo verba, priusquam crea-
 ret, nondum exprimerent formationem et colonorum deductionem, sed
 formationem tantum ; quod ipse sensisse videtur contortae interpre-
 tationis architectus, cum haesitabundus dixit : et colonorum, ut ita di-
 cam, deductionem. Tale delenimentum vbi reperi, ibi falsum subesse,
 aut subdole taceri, saepius, quam dicere hic attinet, deprehendi :
 atque hic reuera anguem in herba, qui iudicare poterunt, sine nego-
 tio animaduertent. Nam interpretationem verborum : creauit Deus
 immania ceti et cuiusque generis pisces, quasi sonarent : ceti ac pisces



mare habitare iussit; et horum: *creavit Deus hominem, quasi innuer-*
rent, terram hominibus a Deo impletam: ieunam esse, nemo igno-
rabit, immo ipse arguit Clericus, antea pro certo habens, his in locis
 נָצַת *cum נְגַד confundi.* Equid autem minus conuenit, quam
 affirmare, verba, *creavit Deus hominem, signare, facit hominem Deus:*
 et haec, *fecit Deus hominem, significare, terram hominibus quasi colonis*
impletam esse? Quinam, quaelo, isti erant coloni, quibus terra re-
 pleretur? Adamum vnum fuisse, fatendum est. Num vero unus
 homo terras impletuit? Non sic, puto, vt cum colonis, in locum
 aliquem deducatis, posset comparari. Hinc ergo callida Clerici obum-
 bratio veritatis per particulam *quasi.* Atque, si pisces creare idem est,
 ac mare οὐτιζειν et condere, demonstrandum est, aut Graecos, aut Roma-
 nos colonos et urbem οὐτιζειν sive condere promiscue dixisse. Si
 locum οὐτιζειν, aut urbem condere semper dixerunt, nunquam colo-
 nos condere, vt omnes vident: nihil haec analogia prodest Clerico,
 Hebreaos pisces et homines conditos dixisse, coniicieni. Sed vt haec
 omnia vana esse, vel me tacente, intelliguntur: sic illud etiam infir-
 mis niti ratiunculis, appareat, dogma de productione mundi e nihilo
 reconditus esse, ideoque hic proponi non posse. Si enim ita ratioci-
 nari liceret, totam Mosis narrationem, vt reconditorem, non admit-
 tendam esse, sequeretur: cum nihil sit reconditus, nihil abstrusius,
 quam ordo rerum creatarum. Atqui ex hoc ordine, a Mose per singu-
 la diei cuiusque opera descripto, diuinum scriptorem, non aperta
 et cuitis nota, sed recondita et nobis quasi inuoluta, prodere, perspi-
 euum est. His igitur merito abiectis, restat, vt, quod bonum est in
 Clerico, retineatur. Cum enim nihil magis deceat interpretem,
 quam modestia, qua maior vix nominari potest in homine, erroribus
 ebnoxi, virtus: non possumus, quin et dissentientem iustis prose-
 quamur laudibus propterea, quod cum aliorum rationem ciuili ferat
 animo, tum suam ipse minus fidenter proponit. Itaque, memor fra-
 gilitatis humanae, quo fundamento nisi ceteri in alia eant, mode-
 rate se nescire, et post doctissimos viros conjecturam nouam, non
 immutabilem et fatalem quasi expositionem aliquam, periclitari ait,

Magis,

Magis, ni fallor, haec coniectura Michaeli, cuius verba supra commemorauimus, placuisse videtur. Hic, quod caput est in controversia, et quod Clericus nondum attendisse videtur, non vnam vocem ברא, aut בראשית, sed utramque simul sumtam, de mundi productione ex nihilo explicandam esse, cursum non minus, quam contente negat. *Der Ausdruck, im Anfang, ist auch noch unbestimmt, und kann sowohl den Anfang der jetzigen Welt, als den Anfang aller jemals gewesenen Dinge anzeigen.* Evidet ut summi viri diuinum ingenium, et parem doctrinam saepe non possum satis admirari: ita eum hic humani aliquid passum esse, vix possum dissimulare. Nam Moses cum dicat, principio Deum creauisse coelum et terram; cumque coelum et terra necessario de hoc mundo intelligenda sint: nullo modo cogitare possum, quid dixerit, nisi huius mundi principium. Michaelem video quidem discreuisse principium nouae terrae, et initium totius mundi; aut primordia coeli et terrae huius, et originem virtusque, creatione Mosaica priorem. Sed nec huius vniuersitatis initium sic, potest intelligi, vt Moses sub initium huius mundi pott alium, vel alios, terram coelumque creatum voluerit. Superfluum enim plane esset illud: *in principio;* quod huius mundi initium sola voce ברא siue creauit, siue fecit veritas illam, iam mihi inuoluere videtur. Maneat ergo, vocabula et בראשית, vti cohaerent, et ab ipso Mose coniunguntur, ita simul explicata, initium omnium rerum creatarum, quae et ubicunque fuerint, significare, ideoque huius mundi originem ex nihilo demonstrare. Quomodo cunque enim coelum et terra explicitur, hanc tamen nostram vniuersitatem vel coepit, vel perfectam, intelligendam esse, postquam ante illam-nihil fuerit, non facile negabitur. Nobis cere haec sedet sententia, donec aut ipse vir solleritissimus, aut alii pari et vsu, et intelligentia conspicui, demonstrauerint, vel nexus rerum in contrariam partem' necessario deducere, vel linguae vsum Hebraicae, non dico, postulare, sed tantum permittere, vt שׁם et אֶרֶץ de uno, quod dicunt, Systemate intelligantur. Si enim verum est, quod adhuc idonei autores certum esse putarunt: illa vocabula pro toto vniuerso ab Hebraeis

is



is ponit: aliter, quam diximus, de nostro loco statuere non possumus, praesertim cum ipse Michaelis postea dicat: *es ist klar, daß hier die Rede — von dem unermesslichen großen Raum, welcher die sämtlichen Sterne, Sonnen, Fixsterne, Planeten und Cometen enthält.*

Veniamus igitur ad tertiam sententiam, de his verbis Mosaicis penitandam, et inquiramus, quo iure cum Salomone Iarchi non nulli hanc versionem laudarint: *cum primum crearet Deus coelum et terram, terra inanis et vacua fuit, non improbatam a Clerico, et quod praeterita apud Hebraeos gerundiorum significationem obtinerent, et similis esset locutio Hos. I, 2. Initio alloquitus est Deus Hoseam et dixit, hoc est. tum primum alloqueretur Deus Hoseam, dixit.* (Vid. l. c.) Quem Hoseae locum nihil probare, ob dissimilitudinem apparentem, persuasi sumus certissime. Nam repetitio illa vnius notionis in duobus verbis, apud Hebraeos minime viriosa, sed ob simplicitatem linguae fortassis elegans olim visa, necessario efficit, ut hebraica דבר ואמור non nostro more, qui fugit talem repetitionem, atque adeo intolerandam putat, perinde in latinum vertere debeamus, quasi propheta scripsisset: *initio Deus Hoseami sic allocutus est, quemadmodum Hebraismus ille non exponendus est, et respondit, et dixit, sed uno verbo, ita respondit.* Vnde discitur, duo Hebraeorum verba eiusdem significationis a nobis uno reddenda esse, ideoque idem esse, *initio Deus allocutus est sic, ac si vertamus, cum primum alloqueretur Deus Hoseam, dixit.* Nam particula consecutionis *cum* in posteriore versione additur tantum, ut ob relationem sequentis verbi *dixit* ad praecedens *alloqueretur*, auribus nostris ingrata repetitio duorum verborum in uno significatu tolerari possit. Iam longe alia ratio est verborum Mosis, qui non varia verba eiusdem significationis cumulavit, quae essent ברא et שׁה, sed duo diuersae notionis diuersisque generis coniunxit ברא et היה. De qua re fusius dicere voluimus, ne quis ob intercedentem particulam ג, apud Hebraeos saepe redundantem, huic interpretationi quidquam detractum cupiat. Praeteritorum vero et gerundiorum permutationem, ad quam Clericus etiam prouocauit, a tali verborum positu non alienam esse, prius,

quam

quam hanc explicationem amplecteretur, probare debebat. Ceterum dissideri nolo eandem fere esse Mosis sententiam, siue vertas: *cum pri-
num crearet Deus coelum et terram, terra inanis et vacua fuit; siue reddas:
principio Deus creauit coelum et terram, et terra inanis fuit ac vacua.*

Sequitur quarta opinio, quae cum reliquis, a me nunc recente-
sendis, non priora vocabula: ברא אל-הוּם וְהָרָךְ הַשְׁמִים וְהַאֲרָץ attingit. Nam et haec difficultia, et in diuersum sen-
sum tracta sunt. Volunt enim alii, auctore Clerico l. c. per com-
pendium et summatum hic efferti, quod in sequentibus per partes et
sigillatim narratur. Neque hanc scribendi rationem Mosi discor-
dem esse, vltius idem probat. Sed Calovius, Vitebergensis Aca-
demiae magnum olim ornamentum, postquam Grotium, eiusdem
sententiae auctorem, per coelum et terram, vniuersum hoc, quale
nunc est, intelligere viderat, quam falsa, quamque periculosa illa esset,
multis ostendit. Nos nihil, quam versum secundum obiicimus, qui
argumento est clarissimo, primum versum de vniuerso, quale nunc est,
non posse loqui. Quae enim terra versu secundo הָרָךְ וְבָהּ dicitur,
ea etiam versu primo intelligitur. Quo posito, aliam terrae faciem
versu primo descriptam, ac nunc quidem conspiciatur, omni caret
dubio. Grotii acumini fraudi fuit versio primi commatis, prius
quam crearet, quam vero supra iam reiecius.

Quinto loco non minores sunt opinatores Calviniani quidam et
Menasse Ben Israel, quorum de coelo angelico, siue de geniis creatis
expositionem sine negotio confutari posse iudicamus. Rechte enim
CLERICVS l. c. nec Moses, inquit, rem tantam adeo leuiter attigisset, si
in ipso scriptoris limine eius in mentem venisset. Noli dicere, nescire nos,
quae et quare Moses quaedam leuiter tetigerit. Contextum enim diui-
ni scriptoris euincit, quemadmodum versu secundo ad terram recur-
ratur, ita versu 6 rediri ad coelum stelliferum, non angelicum.
Quare ex tota narrationis serie pater, Mosem de angelis procreatibus lo-
qui noluisse, vtpote qui rerum, quae adspicere sentiuntur, non ea-
rum, quae hominum sensus fugiunt, uno, quemadmodum placet,
excepto animo nostro, ortum doceret, atque monimento aeterno



proderet. Quod ni fuisset consilium, profecto de admisso bonorum angelorum scelere, quo malorum et nomen, et naturam naeti fuissent, eodemque ad historiam criminis Adamitici texendam paene necessario, haud prorsus verba facere intermisisset.

Supereft ergo sexta, quam nostram quodammodo facimus, sententiam, CALOVII verbis sic concepta : *nulla conuenientior explicatio, quam quod his verbis rufis et indigesta moles, cui primum Dei opificium ex nihilo, sed in ipso hexaëmeri principio designetur, producta, quam Chaos appellare consueimus, quae κατα τερανηων coeli et terrae nomine nuncupata fuerit, quia materia coeli et terrae, quae inde efformata deinde sunt, extitit.* (Vid. l. c. p. 219.) Ne rationes huius explicationis ibi magno numero allatas repetam, quarum aliae aliis licet sint infirmiores, omnes tamen simul consideratas mihi quidem satisfecisse, breuiter indicandum est. Nec Chaos cuiquam, spero, inuisum fore, quod statim cum prima eaque creata materia permutatum videat, ex qua deinde, varie facta et formata, praepotens Numen, ordine a Mose demonstrato, quaevis vno, quemadmodum loquuntur, actu produxit. Quae omnia egregie conspirant cum tota descripitione Mosaica, qua sicut terra v. 2. indigesta et cum aquis commissa, confluentibus autem aquis v. 9. proprio habitu היבשה conspicitur : ita coelum, discordia rerum semina ferens v. 1. in aerem mutatur v. 6, 7, 8, et ignea insuper, qualis nunc est, conuexi vis accedit v. 14, 15, 16, 17, 18. Sed hanc interpretationem, a Mose Aegyptio cum nostris hominibus communicatam, Illustris MICHAELIS dubiam et malae notae esse voluit. Vid. l. c. p. 4. Moses unterscheidet sich hier merklich von der gewöhnlichen Denkungsart der alten, sonderlich Egyptscher Philosophen, und kommt mit unsren neuern Naturkündigern mehr überein. Denn er nimmt zu Anfang kein Chaos, oder erste Materie in der die Grundstoffe aller Dinge vernichtet waren an, sondern beschreibt gleich am ersten Tage eine Erde, die schon damals vom Himmel abgesondert war, und wie wir hernach hören werden, unter Wasser stand. Die Schrifterklärer, welche voll von Ideen, die sie aus den Schulauthoren, vielleicht gar nur aus Ovidii Verhandlungen, übrig behalten haben, Mosi ein Chaos wider seinen Willen und Dank

Dank aufdringen, und um es thun zu können, vorgeben, Himmel und Erde
 heiße so viel als ein Chaos, thün ihm ein Uurecht, welches ich aus Liebes zur
 Religion nicht unangemerkt lassen kann, obgleich hier der Ort nicht ist, sie
 zu widerlegen. Das fällt denn doch wol deutlich in die Augen, daß die
 Erde, von der er v. 2. redet, ein dem Himmel entgegengesetzter, folglich von
 ihm abgesonderter, Körper seyn müsse. Evidem id dare haud cuncta-
 tus fuerim, non nullos fortulis poeticis, inde a iuentute vel le-
 tis, vel auditis, adsuetos paullo incautius duplex et creatum Mosis
 Chaos, quod coeli et terrae separata continebat elementa, cum sim-
 pli et aeterna rerum mole comparasse: sed profanam Mosi men-
 tem tribuisse, aut laefae religionis postulandos esse omnes, illud vix
 concedemus! Quin nihil melius magnum virum intuenisse, ex ipsis
 verbis coniicimus. De coelo enim et terra idem sic loquitur: Es
 ist klar, daß hier nicht von denjenigen Himmel, der nach v. 6, 7, 8, erst
 am zweyten Tage geschaffen seyn soll, und eigentlich die Atmosphäre unserer
 Erde ist, die Rede seyn könne: sondern von dem unermesslich großen Raum,
 welcher die sämtlichen Sterne, Sonnen, Fixsterne, Planeten, Monden und Co-
 meten enthält, und den man den Sternhimmel zu nennen pflegt. Die Mei-
 nung ist also, Gott habe im Anfang den Himmel, (vermuthlich mit allen
 darin befindlichen Himmelskörpern,) und die Erdkugel, die wir jetzt bewoh-
 nen, geschaffen. Hic, quoniam de spatio creato, vel increato ex Scho-
 lasticorum mente quaestio institui nequit, nec ita vocabulum spatii
 intellectum putamus; omnia eo redeunt, vt, quia Michaelis ipse
 haesitat, et quod primo clarum esse dixerat, postea tantum suspicatur,
 etiam nos non tamquam certum amplectamur, sed suspicemur mo-
 do, ingentia coeli corpora iam primo die innumerabilia creata fuisse.
 Quod quomodo e verbis Mosis coniiciendum sit, hoc est, quod
 etsi desiderem, probatum tamen vehementer cupiam. Omnino
 enim quarto demum die v. 16. dicitur *Numen fecisse duo lumina,*
quorum maius diem, minus noctem moderaretur et illustraret, super illa stel-
tas quoque. Et haec verba in aliud cur trahantur sensum, iterum pro-
 batum velim. Lego enim p. 11. l. c. Es ist sehr wahrscheinlich, daß
 die sämtlichen Himmelskörper an eben dem ersten Tage erschaffen sind, an



welchem unsere Erde erschaffen ward. Dadurch aber waren sie noch keine Lächter, sondern konnten, anßerer Erde gleich, dunkle Körper seyn. Zu Lichten wurden sie am vierten Tage, d. i. die Sonne gerieth in Brand, und von ihrem Widerschein fingen Mond und Planeten an, zu leuchten. Vbi diligenter notemus, qua via noua conjectura procedat. Ante audiebamus vocem vermutlich: (p. 4.l.c.) nunc nobis dicitur, es ist sehr wahrscheinlich, quasi vero simillimum esse possit, quod coniectando quis asscutus, ne uno quidem verbo probarit. Quae si tamquam incerta videremus prolata, quomodo de stellis reliquis scriptum legimus: ich bin wirklich ungewiss, ob ich hier blos die Planeten, oder auch die Fixsterne verstehen soll, nihil monere institueremus: sed cum tamquam vero simillima aliis persuadeantur, quid nobis de tota re videretur, reticere noluimus. Nam ex Mosis narratione haecce nec diligentia elicere, nec vi exprimere potuimus. Solet ille singula dierum opera literis sic mandare, vt, decreto summi Numinis patescato, executionem ipsius enarret: quem ordinem tam constanter obseruat, vt vbique accurate retineat. Nam sic scribit de primo die: dixit Deus, fiat lux, et facta est lux. Vbi decretum opus, et operis perfectionem agnosco, quamquam, alios aliam sententiam, me non fugit. Ut enim Deus humano more opera sua perfecta comprobare dicitur, quae bona fore ante, quam absoltueret, certo sciebat: sic sigillatum opera decernere legitur certis diebus, quae ab aeterno decreuisse non potest non existimari. Secundo die quid actum sit, similiter salua aeternitate consilii sacer Historicus profert: dixit Deus, fiat expansum — at fecit expansum. Vbi non modo decretum et factum animaduertitur, sed elegantis etiam scriptoris studium, in eodem argumento non eadem vbique verba repertentis. Pari ordine et elegancia tertius depingitur dies: Deus, confinxant, inquit, aquae — et euentus respondit. Nec minus idem quarto die ordo recurrit: iussit Deus lumina existere — eaque fecit. Etiam quintus hunc sibi vindicat ordinem: deinde dixit Deus, aquae producant pisces — et creavit immania cete, cum reliquis cuiusque speciei pisibus. Simili denique via semel iterumque historia sexti diei procedit: tum dixit Deus,

pro-

producat terra animalia. — quae iussu Dei prodierunt : et dixit denique Deus, hominem faciamus, creavitque eum. Sed quorsum tam multa de isto narrandi ordine ? vt nempe manibus teneatur, nihil esse cau-
 sae, cur eum in declaranda astrorum origine v. 14, 15, 16, inter-
 missum suspicemur. Si enim consilium creandorum siderum quarta
 demum die narratur, ante illam diem iam affuisse sidera, nemo sibi
 persuaderi patietur : et si שׁוֹר v. 16. idem est, atque executio diui-
 ni decreti, ante diem quartam nulla prorsus fuisse astra, extra dubita-
 tionem aequem positum esse videtur, ac pro certo habendum, שׁוּב
 non de luce, sed primo siderum orru explicandum esse ideo, quod
 per orationis seriem nullum gerere significatum potest, quam eum,
 quem reliqua exprimunt synonyma וְהִי כֵן, וְהִי וְהִי, et וְהַרָּא. Atqui
 haec omnia, opinor, ex isto ordine luce meridiana clarius apparent. Ac-
 cedit, quod Moses ipse verbum וְעַד v. 17. alio illustrat, dicens :
וְיָהִנְךָ אַתָּה בֶּרֶכְיוֹשׁ הַשְׁמִימָה. Hic Hebraicum נָתַן omnino red-
 dendum est latinis verbis collocare, ponere, coniicere : quo item cer-
 tum fit, astra quarto die exstisse, non emicuisse. At dixerit quis :
 incertum esse, vtrum per illa lumina, quarto die creata, inerrantes,
 an fixae stellae intelligentur ; ob eandemque causam ignes illos de
 nostro tantum, quod Astronomi dicunt, Systemate explicari posse,
 diu forte post reliqua mundi lumina factos. Nec hoc quidem mihi
 scrupulum iniicit. Stellae enim in populari oratione, qua Moses
 viit, non possunt Mathematicorum subtilitate iudicari, sed opinio-
 ne vulgi debent computari : et, quomodo Moses *principio coelum et*
terram creata dicere possit, si ante hunc mundum aliae res perfectae
 iam fuissent, me assequi non posse, supra iam non sine ratione sensus
 mei dixi. Nihilo secius tamen, licet ego Mosis verbis conciliare
 nequeam, incertum id esse, si quis pertinaciter vrgeat : aliis hunc, de
 verbis fortasse magis, quam re certantem, et certi notionem philo-
 sophicam cum philologica miscentem, refutandum relinquo, mihi
 cum abunde sufficiat, idoneis, vt mihi videntur, rationibus effecisse,
 non esse, quod dixit Vir sane doctissimus, vero simillimum. Ut
 igitur, quae videatur verborum, haec tenus illustratorum, sententia, ad



alia properans, breuiter repetam, Mosem nihil aliud dicere mihi persuadeo, quam principio rerum creatarum omnium per Deum terram coelumque sic existisse, ut elementa coeli et terrae volente Deo separatis ex nihilo orientur.

Quibus propositis, quia non cuncta, sed non nulla modo, nostra hac opera, inquirere, et, si fieri possit, vel illustrare, vel vindicare constituimus, ad tertium comma eiusdem capituli progredimur, verba, *dixit Deus, fiat lux, et facta est lux*, animo subiicientes. Vbi nemo forte nos ferat, sensum auctoris, qui obuius et expositus cuique est, studiose indagantes. Plerique enim consentiunt, hic non tam sermonem, quam consilium summi opificis more humano referri. Id vero hic silentio praeterire nolumus, nos de hoc dicendi genere, quod Rabbini **ךְךְ בָּנֵי אֹדֶם**, Theologi vero vel *συγκαταβάτων*, vel *ανθερποποθεῖαν*, vel *οικονομαν* nominant, nusquam adhuc certas et accommodatas regulas inuenisse, quibus animus in interpretandis huiusmodi formulis ad verum, sine errandi periculo, videndum inveniendumque acueretur et dirigeretur. Omnia, quos nos quidem legimus, diligentissime ea de re Glassius egit, interpretandi clarus ille magister. Sed ne in hoc quidem, quod plane satisfaciat, inuenire licet. Est vero res diffilis et ardua, simul lubrica et in odia hominum pronius, quam credas, incurrens. Quare in Glassio quod requiro, hic libere aperio, non quo doctissimo suo tempore interpreti iuueniliter, (ut fit cum maxime ab adolescentulis parum modestis in aliis magnae auctoritatis viris reprehendendis,) detrahere audeam, sed alii ut, quod desiderare in illo me fateor, citius et melius praestent. Etsi enim mei res non est iudicii, nec personae meae conuenit, leges ferre, quas in explicandis diuinis oraculis servent et probent viri cum peritissimi, tum vsu longe praestantissimi: tamen ut hic defectus, quo Hermeneutica Sacra laborare videtur, suppletatur, summe necessarium esse mihi sic persuadeo, ut qui maxime, ne sensus talium locorum incertus tantaque in varierate constitutus existimetur, quanta humani ad multiplices sensus singendos ingenii est vel calliditas, vel sollertia, qua adiutrice verbi causa vestimenta pelli-

pellicea primorum parentum, a Deo facta, in corpora humana Ori-
 genes, Clericus vero in casam et tabernaculum, pellibus contextum,
 artificiose sane mutarunt. Observauit eriam, et valde animum meum
 inquietauit, nec commentariorum scriptores, ceterum satis accura-
 tes, declarasse, quae ad *ανθρωποπαθειαν* pertineant, nec ne, quoque
 ex re constet sacrorum librorum interpreti, quousque in agnoscenda
 tali *ομονοια* progredi liceat, aut ubi subsistere debeamus. Quod nisi
 regulis planis et perspicuis, certis et ex receptis observationibus dedu-
 citis, interpretandi licentiae impedimentum mature obicietur, nostris his
 temporibus, quibus nihil, nisi noua legunt, laudant scribunt, appetunt, et
 admirantur, re omnium implicatissima ingenio seculi permissa, omnia
 dei verba, ad ultimos parentes facta, in allegorias et *ανθρωποπαθειαν*
 breui vertisse videbimus. Quod ut exemplis illustretur, prouoco
 ad sermonem, Deo a Mose capite primo varie tributum, quem plerique
 adhuc, qui a nostris stant paribus, *ανθρωποπαθησ* relatum, et
θεοπεπτωσ accipiendum nonuerunt, vsque ad versum 28, quem pro-
 prius de institutione matrimonii solemnii et verbis facta complures intel-
 lerunt. At vero Clericus iam aliam sententiam, qui eodem modo
 hunc locum explicari voluit, ac versu 22. *Deum animalibus bene-
 dicentem nihil locutum, sed eis tantum subolis propagandae facultatem largi-
 tum, statuit.* Contra quem non sufficit cum laudato, nec unquam sa-
 tis laudando Glassio negare, ad *ανθρωποπαθειαν* referenda esse loca, qui-
 bus Deus immediate loqui dicitur, ut diuinam suam voluntatem hominibus
 hac ratione manifestet. Responderet enim aliquis, Clerico non dissimilis, hanc voluntatem Dei de procreanda subole aliunde, ex insti-
 tuta naturae, hominibus sine immediato Dei mandato innescere potuisse.
 Quod si concesseris, ex alio, aut ab eodem statim audies, ci-
 bos nouis conditi orbis incolis concessos, non ipsius Dei verbis usui
 dicatos, sed naturae tantum illecebris demonstratos esse. Ad quod
 cum ex non nullorum sententia responderis: allegoriam quaerendam
 non esse in praecepsis, quae ad vitam spectent: continuo, moralem et
 naturalem vitam distinguendam esse, aliquis nugabitur, atque sic, te
 inuitio, fines *ανθρωποπαθειας* propagabit. Hoc etiam si toleraueris,
magis non



non deerunt, qui quaestionem, post taetlam arborem, in Paradiso habitam, pro furis conscientiae exagitantibus, quam capitis iudicio, ab ipso Deo instituto, habere malint, poena sine iudicis sententia superveniente contenti. Minus, credo, sufficiet, ad proteuangelium configere, quo Dei optimi voluntas patefacta fuerit. Obiicietur enim, sicut in eodem sermone verba, *vbi es, apertam αὐθεντοπαθειαν contineant, ita nihil obstat, quominus αὐθεντια longius progrediatur, et omnia ad promissum usque Euae filium, communem omnium vindicem, θεοπεπτωσ accipiantur.* Nec frena libidini iniicientur, si negaris Historicos allegorias frequentare, cum ipse bonam prioris capitis partem allegorice, ut Rhetores, ut Theologi loquuntur, θεοπεπτωσ enarraueris. Omitto plura dicere, ne forte aut ipse nimium timuisse, aut ab aliis postulasse videar, et quia mentem subit locus, in quo illustrando cum res mihi sit cum viro paeclarissimo, omnes ingenii neruos contendam, necesse est.

Michaelis enim merito suo Celebratissimus verba : *fuere vespere et mane, quibus confectus est dies primus, Physicorum quorundam, antiqua nouantium, placitis patrocinatus, hoc modo explicare sustinuit : Da die ersten drey Tage der Schöpfung, aus einem Abend und Morgen, das ist, aus einer Abwechselung von Finsternis und Licht bestanden, so nicht von Aufgang und Untergang der Sonne abhang, so sehe ich nicht, was man für Grund hat, zu behaupten, sie seyn gerade unsern jetzigen Tagen gleich, und von 24 Stunden gewesen. Es scheint auch, daß diese Zeit wirklich für das dritte Tagewerk zu kurz sey, wenn man es mit Cap. II, 5, 6, vergleicht. Denn es müßte einmal die vorhin mit Wasser überschwemmte Erde dergestalt austrocknen, Cap. I, 9, 10, daß zu deren Besfeuchtung Regen nöthig war, Cap. II, 6. Eine solche Austrocknung geschiehet doch wohl nicht in 24 Stunden : und Gott trocknete sie auch nicht durch ein Wunder aus. Auf dieser ausgedürreten Erde war in der Mitte dieses Tages noch nichts grünes, Cap. II, 6, und diss wuchs noch an eben dem Tage, nachdem es geregnet hatte, hervor, Cap. I, 11. (Vid. l. c. p. 8.) Quam interpretandi rationem ut imitandam iudicem, adduci nondum possum. Nam priorum trium dierum longitudinem protractam quidem velle Mi- chaelem*

chaelem sentio, at vero similitudinem, quam profert, minus commode confirmasse, idem video. Moses singulis sex diebus vespertinum et matutinum tempus attribuit, quorum tres priores eodem, quo posteriores reliqui, vulgari nomine *diei* et hic, et alibi Ex. XX, 11. insigniuntur, una eademque hic mensura definiuntur. Tali descriptioni quomodo diuersa congruat explicatio, difficile dictu est, nec dicetur vñquam, si prius opiniones anitum praeoccupantes depositae fuerint. Verum si ante, quam Mose explicamus, cum non nullis, nouas res molientibus, constituerimus, historiam eius, vulgaris vocabulorum significatu retento, in se talia continere, quae fieri non possint: prorsus abesse nequit, quin historiam in nostram sententiam, velit, nolit, trahamus, et, si dicendum, quod res habet, detorqueamus. Hac autem mente num liceat ad interpretandum accedere, e communibus artis Hermeneuticae praceptis facile diuidicabitur. Et profecto satis mirari non queo, qui fiat, ut, qui magnitudinem lunae, a Mose aliter, quam Mathematicis definitam, conciliare horum praceptis ita instituit, ut populariter Scripturam sanctiorem loqui prae tendat, idem, si populariter eam loqui, i.e. communem vocabulorum vim adhibere totus orationis habitus declareret, omnem popularitatem migrasse et fugisse sibi persuadeat. Nec ad hoc efficiendum satis est dicere, opus tertii diei exiguo XXIV horarum spatio perfici videri non potuisse. Non enim quaeritur, quid nobis credibile et improbabile, aut quid fieri, minusue fieri poruisse videatur, sed Moses, diuino actus spiritu, quid scriptum dictumque reliquerit: praesertim cum homines, quamlibet docti et periti, naturam tantum sibi relictam, non Dei numine adiutam, norint. Unde pater, ut opinor, nos, quid initio mundi fieri potuerit, aut non potuerit, dicere, aut iudicare nequire, nisi nascentem naturam, experientiae minime subiectam, naturae, qualis nunc est, legibus metiri peruersa ratione sustineamus. Mundi enim orientis naturam qui Physicorum experientiae, seu placitis explicandam permittunt, idem faciunt foetum humanum, ut viros adultos, considerantibus. Nec, tertio iam die pluiam opus fuisse, satis tute ex collatis

C

locis



locis prioris et secundi capit is discitur. Est enim laudatus locus se-
cundo capite tam difficilis, tam ambiguus, tot interpretationibus, et
versionibus, et coniecturis obrutus et prope obscuratus, ut, qui Gro-
tium, Clericum et ceteros interpretes in consilium adhibuerit, nec,
quod Michaeli acutissimo accidisse puto, stabilienda sua sententiae ni-
mis cupidus fuerit, eo ad illustrandum alium multo clariorem expe-
ditioremque vix usurus videatur. A claris enim obscura, non ab
obscuris clara lucem mutuantur. Si vero locus capit is secundi, pro-
pemodum depositus, minus tute cum descriptione tertii diei primi ca-
pit is comparatur, nec illud concedendum est, tertio iam die terram
aridam fuisse. Nam **הַיּוֹבֵשׁ** capite primo, sine comparatione fe-
cundi capit is, aliud significare, nemo inficiabitur. Sicca quippe ter-
ra vocari potest simul, atque aquae recesserunt. Denique nec siccit-
atem terrae miraculo accidisse, tempore praesertim, quo cuncta mi-
raculo vel siebant, vel mutabantur, negare ausim: nec medio tertio
die nihil aut herbae, aut stirpium in terra fuisse ex Cap. II, 6. con-
stare putem. Namque hunc difficultimum locum, causis, alio tempore
proferendis, commotus, ita videor recte mihi vertere: *Talis origo
coeli et terrae fuit. Sed, quoniam Deus nondum pluerat, nec homines
erant, qui terram colerent, arbores et stirpes nondum increuerant, cum ne-
bulae irrigarent terram, et Deus formaret nominem, vitali anima instruxit.*
Quare Deus hortos praeparauit, quos hominem, recens creatum, habitare iubet. Vid. Cap. II, 4, 5, 6, 7, 8. Qua vero ratione vertendi vvi, ni-
hil de tertio die inuenimus, quamquam non negamus quidem, con-
tortam aliis istam versionem videri posse: sed faciliorem, quae cum
primo Capite consentiret, nec contextis Mosorethicis vim inferret,
hucusque desiderauimus.

Cetera prioris Capitis verba, ineptam Pontificiorum et aliorum
male doctorum hominum hariolationem ut silentio involuam, omnes
interpretes ita intelligunt, ut non admodum a se alter alterum dis-
sentire videat, donec ad v. 20. veniunt, quem eruditissimi viri diuer-
sa ratione enarrant. Alii enim cum CALOVIO, Onkelosum secu-
to, verba יְשֻׁבָּנָה, וְשֻׁבָּנָה, per causam omisi pronominis רַשָּׁא, vertunt,

et volucrem (producant) quae volitet super terram : alii cum PFEIFFERO,
 Gerhardum secuto, reddunt, et auis volitet super terra. (Vid. Dubia
 Vex. p. 11.) Vnde commemorabilis opinionum varietas de origine
 avium suborta est, quas ex nihilo non nulli, pars ex aqua, alii ex
 aqua et terra, alii denique ex coeno marino formatas rentur. At
 ego, Pfeifferum, aues ex terra productas credentem, recte sensisse,
 satis certa probatione dixerim, nixus non modo eruditissimi Theolo-
 gi rationibus, sed et noua in mentem veniente confirmatione. Ne-
 grat rarae vir doctrinae per Arnachum licere, ut ex antecedentibus ver-
 bum יְרַשֵּׁה reperatur ; in quo argumento quid carpant accentuum
 Hebraicorum defensores, equidem nescio : deinde ellipsis pronomini-
 us in stilo Mosis admittendam : denique loco Gen. II, 19. quic-
 quam clarius esse ad suam confirmandam explicationem. His ego
 nunc rationibus, per se, ad secundam praecipue quod attinet, satis
 validis, appono alias, non plane nouam, quippe ab Luthero sum-
 tam, sed in hac controuersia, quod sciam, nec dum auditam. Te-
 net enim nos opinio, nec ipsa priora huius loci verba necessario red-
 denda esse, producant aquae reptilia animalia. Ne quid enim dicamus
 de eo, quod minus recte reptilia pro piscibus, siue aquatilibus pon-
 soleant, LVTHERV locum commodius vertisse videtur : es errege sich
 das Wasser mit webenden und lebendigen Thieren. Sed nos Luthero nunc
 longe acutiores sumus, et in sat multis locis, quem videri volumus
 venerari et imitari, minutis glossariis incaute postponimus. Nubem
 exemplorum cogere possemus, si animus id praestandi esset, et
 institutum hoc ferret. Duobus e primo Mosis capite desumptis haec
 scriptione contenti simus. Minimum enim abest, quin compertum
 exploratumque habeamus, optime diuum Lutherum vocem
 יְרַשֵּׁה expressisse. Nam primo solemnem hoc verbum et propriam
 fortasse vim habet se mouendi, a qua recedi nemo vult, praeferrim
 contextu ferente, ac, quod infra in hac re demonstrabo, propemodo-
 dum postulante. Pone vero, non propriam hanc esse potestatem,
 frequentem tamen patet, cum Lutherus duobus tantum locis aliter
 vertendum putarit Ex. I, 7. Pf. CV, 30. reliquis omnibus Germani-



ce per verba: *regen, erregen, wimmeln.* Quid? quod locum Davidis interpretari licet: mouit se, hoc est, mota est, vel scaturit regio illorum ranis: et locum Mosis, foecundi Israelitae, se mouerunt et multiplicati sunt, ut eis regio impleretur, id est, ob prolis foecunditatem aucti numero tam late habitarunt, vt nulla regionis pars ab iis non incoleretur, quemadmodum Gen. IX, 7. שָׁרֶצֶן בְּאַרְץֵךְ mouete vos in terra est: totum terrarum orbem frequentate. Praeterea participium וְנִשְׁׁבָּשׁ et nomen substantiae וְנִשְׁׁבָּשׁ est mouens quid, reptile, animal, nunquam producens, aut productio. Ac ne cui dubium omnino sit, pati hanc expositionem in loco nostro seriem orationis: totum contextum Latinę conuersum ostendamus. *Dixit Deus, mouent se aquae piscibus, et volucres volent supra terram per aerem: creauitque cete permagna et omnia genera fluitantium, quibus mouerent se aquae, i.e. quibus mouerentur.* Deinde tantum abest, vt repudiet hanc versionem orationis filum, vt parilis, quem amat Moses, tenor appetat eam, et tantum non poscat. Solet enim ille contra, quam versionibus placet, originem et causam rerum, recens creatarum, non aliis rebus αὐθεωποπαθῶς tribuere, sed θεοπεπτῶς materialem tantum causam in rebus, vnde nouae proficiscerentur, quaerere. Hinc non dicit, proferat terra herbas, aut, producat terra animalia: sed scribit, exire sinat terra herbas, prodire sinat animantes, quasi dixerit, oriantur ex terra herbae, oriantur ex eadem animalia. Cui rationi grauis accedit auctoritas ex interpretatione Michaelis: *die Erde lasset jungen Kräuter hervorkeimen.* Et licet subtilius hoc a nobis cuiquam scriptum, quam verius videatur: non tamen a vero abhorret omnino, aut a synonymis eadem de re usurpatis. Nam quomodo alibi, fiant, inquit, et fecit: confluant, et euenit: sic non minus accurate loqui existimandus est, cum oriantur, inquit, ex terra et orta sunt, praesertim cum v. 24 et 25 satis declarant, quomodo verba in Hippil accipienda sint. Dixit enim: *prodire sinat terra, et fecit Deus, non sicut antea: producat terra, et produxit.* Certe נִשְׁׁבָּשׁ v. 24 qui producat vertunt, ob allatam rationem caueant oportet, ne ipsi inconsiderantia magis peccent, quam nos diligentia. Quid enim cogit nos,

vt

vt crasse ac negligenter locutum Mosem statuamus, quando subtiliter et circumspete dixisse lingua et contextus monent, non modo res et sententia suadent? Aut quid commodi referimus, si יְהוָה producunt reddiderimus, meliora videntes atque aspernari? Quibus rebus factum est, vt ego, non animo quidem ad resistendum obstinato, sed ad aiuum originem ex aqua negandam, a partibus Lutheri starem. Si enim aquae non producerunt pisces, sed hi a Deo creati aquas mouisse dicuntur, quemadmodum aues per aerem volitare leguntur: nec aues ex aqua productas, sed a Deo tantum formatas e versu 20 concludimus, quae materia usus sit Deus, non hinc, sed aliunde cognoscendum, ex loco capitii II. supra laudato, iudicamus.


Vtque hic Lutherum recentioribus si non anteponimus, parem certe putamus: sic eundem v. 24. non necessario deferendum putamus, licet homines nostri ad vitium omnes deserant. Vertit ille: *die Erde bringe hervor lebendige Thiere, ein jegliches nach seiner Art, Vieh, Gewürm und Thiere auf Erden, ein jegliches nach seiner Art.* Hebraica vocabula sunt: *בָּהֶםְתָּה נַפְשׁ חַיָּה רַמֵּשׁ אֲרַץ*, et *חַיָּה בָּהֶםְתָּה*, quae sic distinguuntur, ut primum ceterorum genus describat, reliqua eiusque speciei, generi subiectae, propria sint. Vnde *בָּהֶםְתָּה* iumenta sive pecora domestica, *רַמֵּשׁ* reptilia sive vermes, *אֲרַץ* feras esse perhibent, quod discrimen Lutherus noster aut non attendisse, aut ignorasse videtur. Nec, meo quidem iudicio, eum fefeller ratio. Nam cum in ceteris linguis huiusmodi vocum discriminata, licet non temere quaesita, minus tamen recte interdum obseruata nossem, et rei diffusus, compagem contexti sermonis perspexisset: primo paullisper addubitavi, mox, probationem huius interpretationis opinione minorem offendens, Lutheri versionem non esse spernendam intellexi. Author facti discriminis, quantum reperi, est BOCHARTVS, qui (in Hierozoico p. 3.) has interpretandi regulas fert: *Hebraicum nomen בָּהֶםְתָּה sumitur quadrifarium. Primo pro bruto quovis, puta, cum soli homini opponitur. Secundo pro quovis terrestri quadrupede viuiparo aliquantae molis. At ubique et חַיָּה opponuntur, ut Gen. I, 25. tum greges, בָּהֶםְתָּה significat agrestes feras. Denique בָּהֶםְתָּה, fin-*



gularē sensu, terminatione plurale, certa est animalis species. Ego vero
 ut manes summi viri laedere nolo, ita eum tertium praeceptum uno
 tantum loco confirmasse improbo. Neque enim illud *ubicunque* vt
 se tueatur, uno tantum loco efficitur. Rectius p. 59. Quandoque
 inquit, בְּהַמָּה *furnitur pro domēstico pecore, cui opponitur* חִזֵּר, i. e. *fe-*
ra. Etiam nostro loco pro בְּהַמָּה *pecude usurpatum vi-*
deri posse, non nego, cum חִזֵּר non minus, quam חַיָּה הַשְׁרָה
pro feris saepe ponantur, ideoque feris hic etiam opponi pos-
sit. Verum ubicunque cum scripsit, memoria forte deceptus, non
recordatus est eius discribinis, quod eadem pagina ostenderat: bruta
diiidi ab Hebraeis in quattuor genera, nempe, בְּהַמָּה שׂ, רֶמֶשׂ et שׁ,
hancque diuisiōnem frequentem esse in sacro codice Gen. IX, 2. Leuit. XI,
*46. Deut. IV, 16, 17, 18. I Reg. IV, 33. Vnde suspicio praebeba-
 tur, Mosem hic, postquam de piscibus et auibus, die quinta crea-
 tis, dixisset, exponere de reliquis duobus brutorum generibus, qua-
 drupedum et repentium, quemadmodum paullo post v. 26. eadem
 quattuor genera percenseat: dominamini in pisces, in volucres, in
 quadrupedes, atque minora animantia. Quid ergo? Num Bo-
 chartum deserimus, aut reprehendimus? immo cum ipso consenti-
 mus. Ipse enim sicut dicit: בְּהַמָּה esse quadrupedem aliquantae
 molis, ita et nos vocabulum istud explicamus, et in animum indu-
 cimus, Historicum, dictinatus instinctum, primo de majoribus, deinde
 de minoribus animantibus referre. Nec hanc opinionem immi-
 niuit nobis immista Synonymia, vt pote quae cum genere orationis Mo-
 saicae amice conspirat. Certe, qui scribit: *sađa est vespera et factum*
est mane, dies prima; arbores fructiferas, fructum edentes, et arbor, in
qua fructus arboris, serentes semen: ille scribere quoque potest: pro-
deant animalia, maiora et minora, et omnia animantia, quae sunt in terris.
 Propria enim talis Synonymorum congeries est hebraicae linguae,
 videturque cum Exergasia, nobis non minus insolita, ad ambiguita-
 tem, ex confusione generum, numeri, personarum, temporum et
 modorum, apud Hebraeos necessario oriundam, de industria tollen-
 dam inuenta et frequentata esse. Quod si quis Synonyma illa ferre
 neque-*

nequeat: quid fieri, rogo, in eodem loco velit de Exergasia, nostrum loquendi morem similiter abhorrente: *iussit Deus prodire animalia, et factum est ita; et fecit Deus animalia.* Sed nempe talia non cum genio nostrarum linguarum cultiorum comparanda sunt, sed a consuetudine Orientis, Rhetorum et Grammaticorum praeceptiones nihil curant, probanda. Quae quidem, a me haec tenus disputata, satis declarant, potuisse Mosem verba illa ex mea sententia intelligere. Reliquum ergo est, ut, voluisse ab aliis sic intelligi, quam apte fieri possit, conficiam. Cogitauit vero, si quid video, idem, ac nos, Moses, quod v. 26. *חַיָּה אָרֶץ* in numero animalium homini parentium omisit. Iam, quia Moses, diuino perculsus afflatus, nullius rei, quam repetit, obliuiscitur, et potestas hominis in pecora minoris pretii erat, si a feris, nomen accipientibus (Gen. II, 18.) ipsi caendum esset: non de domesticis ac feris pecoribus, quorum nomina repetat, sed maioribus et minoribus, quorum unum Synonymum omittere potest, sermonem esse, sit vero simile. Quin idem etiam, si versum tricesimum compararis, amplius elucebit. Hic Deus fertur pecori in terris cibum decernere, et tria constituuntur genera, quorum primum *הָרֶץ*, alterum *שָׂמֵחַ*, tertium denique *רְוָמֵשׁ*. Itaque, si *חַיָּה אָרֶץ* v. 24. ferae essent, easdem etiam v. 30. intelligi, probabile videretur, quo constituto, sequetur, ut domestico pecori, a Mose omisso, nihil pabuli adiudicatum fuisset. Quod cum procul a vero sit remotum, alia interpretandi via, quam ostendi, ingrediunda est. Postremo animaduertimus, pro pluribus verbis *בְּחִמָּה וּבְכָל־הָרֶץ וּבְכָל־הָרֶץ הַרְמֵשׁ עַל־הָרֶץ* v. 26. pauciora Mosem v. 28. adhibuisse. Vnde liquido constat, *חַיָּה* non modo idem innuere, quod *רְמֵשׁ*, quemadmodum nos versum 24 interpretati sumus, sed etiam cum vocabulo *בְּחִמָּה* a Mose permutari. Neque viae, quem stabiliuimus, impedimentum erit ex voce *אָרֶץ* adiecta. Nam ut largimur, posse hocce vocabulum abesse, aut aliis in locis pro *שְׂדָה* positum, feras significare: ita, cur hic adsit, rationem deprehendisse videmur, cum idem sit Hebraismus in verbis *חַיָּה אָרֶץ* v. 24. ac qui celebratur v. 28
in

בדגה הום ובכעופ השמיים ובכל-חיה הרמשת על-הארץ.
 in vocabulis: Amant enim epithera Hebraei, et sicut dicunt: aues aeris, pisces maris, animalia gradientia super terra, vbi nos sine descriptione aues modo, pisces et animalia nominamus: ita pecora terrae nominant, vbi nos pecora tantum dicimus. Et qui v. 24. Pleonasmum non agnoscit in verbis חיה הארץ, nobis insolitum: is velim relegat versum 28, ut similem agnoscat, eumque magis peregrinum, in verbis חיה הרמשת על-הארץ. Quare nullus dubito, Lutheri versionem, et nostram inde petitam explicationem, si non omnium, (temerarium enim esset hoc sperare, nec indubitatem prorsus illam ipsi iudicaremus,) quorundam faltem calculo probatum iri. Quod si euenerit, alia in libros Veteris Testamenti aduersaria, per occasionem, luci exponere pergemus.



Aug VI 57(1)




f

IA-7a

nur 4. Seite verknüpft

Rezo





OBSERVATIONVM
IN
PENTATEVCHVM
SPECIMEN PRIMVM

14
VIRO
PLVRIMVM REVERENDO ATQVE
CLARISSIMO
IOANNI GEORGIO SCHVTZIO

AA. M.
VERBI DIVINI MINISTRO APVD WENDISCHOSSIGENSES
ET KOSLICENSES IN LVSATIA SVPERIORE

PARENTI SEPTVAGENARIO
DIEM NATALEM

III. CAL. MAI.
PIE GRATVLATVS
EDIDIT
THEODORVS IOANNES ABRAHAMVS SCHVTZE
AA. M. ORD. PHILOS. IN ACAD. VITEB. ASSESS. IBIDEMQVE
SCHOLAE SENAT. CONR.

VITEMBERGAE
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS.

Perill
D. C. Leopoldo.